

civitate et universe eorum substantie fidutiam¹ dare firmiter deberet². Alboin audiens hoc³ nullo modo esse facturum nec sub tali conditione⁴ civitatem fore habiturum firmiter et plenarie respondit, sed civitatem et ipsius civitatis homines et omnia que in ea sunt sine aliqua conditione⁴ in sua vellet habere potestate. Videntes autem viri Ticinenses aliter⁵ minime facere posse, absque consensu et voluntate Theodorici regis eorum dictam civitatem et que in ipsa aderant civitate libere et sine aliquo titulo et pacto in virtute et potestate Alboin dederunt. Hoc ita⁶ peracto, Theodoricus plurimum indignatus, iratus pariter et⁵ turbatus, de Ticinensi civitate cum omnibus regalibus indumentis et cum regni corona et signis omnibus, que ad regni coronam⁷ pertinebant, exivit et ad Mediolani urbem accessit. Cumque Alboin per portam⁸ que Sancti Iohannis dicitur ab orientali⁹ urbis parte vellet in-

*f. 46^c. troire, equus¹⁰ *eius in medio ponte concidens, quamvis carcaribus¹¹ stimulatus et astarum¹² verberibus verberatus, nullo modo potuit relevari¹³ nec in ipsa¹⁴ intrare civitate. Tunc unus ipsius civitatis, qui cum Alboin rege aderat¹⁵, taliter locutus est dicens: 'Memento, domne rex, quale votum fecisti! Frange enim tam durum votum, et ingredieris postea urbem; vere⁵ namque christianus est populus in hac civitate'. Siquidem Alboin voverat, quod ipsius civitatis populum gladio⁵ extingueret; qui postquam tale dirumpens¹⁶ votum civibus ipsius civitatis indulgentiam promisit, statim equus eius consurgens, illico in civitatem est ingressus, nulli lesionem inferens⁵ in sua permansit promissione¹⁷. Tunc eiusdem urbis concives ad eum concurrentes in palatium, quod rex Theodoricus construxerat¹⁸, magno triumpho et ingenti gloria illum duxerunt¹⁹. Regnavit itaque⁵ Alboin in Ticinensi civitate magna cum letitia per annum unum. Post hec Theodoricus, qui in Mediolanensi urbe eo tempore regnabat, qui regnum Ligurie et coronam regni²¹ communicato principum ac virorum nobilium consilio et a Romanorum imperatore confirmato propter nimiam perfidiam, quam Ticinenses viri de eo fece-

1) 'fidantiam' E., und das ist die gewöhnliche Form dieses Wortes, die Codagn. auch Ann. Plac. p. 454, 46 hat, aber auch oben S. 331, f. 27^c und unten f. 47^d. 51^b steht dafür 'fidutiam', weshalb ich meine, Codagn. habe auch diese Form geschrieben, die übrigens bei Ducange-Henschel in dieser Bedeutung vielfach belegt ist. Der Autor von Reggio wird die ihm geläufige Form dafür gesetzt haben. 2) 'debere' E. 3) 'hec' Hs. 4) 'condictione' E. 5) Fehlt E. 6) 'itaque' E. 7) 'corone' E. 8) 'portas' E. 9) 'orientalis' E. 10) 'eq⁹' Hs. 11) 'calcaribus' E., vgl. oben S. 482, n. 20. 12) 'hast.' E. 13) 'renellari' Hs. 14) 'ipsam intr. civitatem' E. 15) 'erat' E. 16) 'dirupens' Hs. 17) 'promissione' E. 18) Bis hierher alles, von 'Cumque Alboin per portam' an meist wörtlich aus Paul. Hist. Lang. II, 27. 19) 'dixerunt' E. 20) 'et' setzt E. irrig hinzu.